

mioli [a] adeo intumuerunt, quod extra civitatem creverunt usque ad gradus scalarum, quibus ascenderunt in ecclesiam Sancti Martini in Podio. In civitatem vero vallaverunt [b] fere usque ad palatium Episcopi, non longe a porta ipsius una pertica decempeda [c].^a

palacii

Quando Faventini castrum Bacagnanij destruxerunt hostiliter.

CAP. CIX.

Anno MCXII/ Antoninum de Placentia [d] Faventini in eorum potestatem elegerunt, quem ob sui regiminis prudentiam per totum detinuere [e] triennium; et hic in primo [f] suae potestatis anno Baccagnanum diu obsessum hostiliter destruxit (87).

lxxv all frangay n 816 h 187 f m 1)

Quando Faventini Petram de Mauro destruxerunt, et coegerunt comitem Guidonem concedere Petro Traversarije castrum Devatolae [g].

CAP. CX.

Sub anno Dominice Nativitatis MCXCII/ Petram de Mauro, ut erat possibile, de voluntate et assensu ipsius comitis (idem praetor) [h] dissipavit. Devatolae vero castrum Petro Traversarije [i] comitem Guidonem concedere coegit; qui merito amisit propria, cum injuste invasisset aliena. Montanarios praeterea nostros, qui erant cum comite, optime domuit [j].

Quando Antoninus molendina circu[m] civitatem construxit.

CAP. CXI.

Anno Domini MCXCIII/ praefatus Antoninus aquam de flumine Alamonis per stram portae Montanarie artificiose in fossatum civitatis derivari fecit, ubi in quinque locis bina et bina construxit molendina.

[a] et Simioli. Sic lego. In C. M., Simili; in C. V., Senioli. — [b] In civitatem vero vallaverunt. Sic C. M.; in civitate vero vallaverunt, C. V. — [c] pertica decempeda. Sic lego. In Cod. V., pertica de arapeda. — [d] Antoninum de Placentia. Sic C. M.; Antonium de Placentia, C. V.; Antonius de Andito Placentinus, dicitur in vetere charta: Vide Animadv., num. 87. — [e] detinuere, C. M.; temere, temere, C. V.; forte, tenuere. — [f] et hic in primo. C. M. legit sic Cl. Mitt. In C. V.; hic in ipso. — [g] Devatolae. Sic C. M.; Dovadolae, C. V., vulgo Dovadola, castrum. — [h] (idem praetor). Sic C. V. In C. M., deest. — [i] Traversariae, C. M.; Traversario, C. V. — [j] optime domuit, C. M.; optime domavit, C. V.